



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LIV. Momentaneum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

quando contractui vel actui perfectio adiectum fuit onus, Cravett. *conf. 59. num. 1. vol. 1.* Bald. in c. dudum el. 2. n. 27. de Elect. ubi ait, quod modus sit obligare reciproce, sed conditio non obligare reciproce, subdens modum debere impleri per viam compulsionis, si Domino expediat, conditionem vero per viam exclusionis, si non impleatur, excludatur quis ab initio & exordio contractus. Adde & Jason. in l. si testamento n. 3. C. de instit. & substit. Zuehard. ad l. 1. n. 173. C. de pact. Tiraq. de retract. consanguin. §. 8. Alciat. *resp. 210. n. 6.* Si itaque modus vocetur interdum conditio, id de conditione resolutive, quæ proprie modus est, non autem de conditione suspensiva, quæ proprie est conditio, intelligendum erit. De cuius distinctione vide Accurs. in l. 2. ff. de in diem addit. Bart. in l. 1. col. 4. vers. 3. & in l. quibus debetur §. Titio oppos. ult. ff. de condit. & demonstr. Menoch. *conf. 388. num. 15. vol. 4. & conf. 494. vol. 5.* Vultej. in *Conf. Marp. conf. 21. vol. 3. n. 184.* quam distinctionem quidem admittit Carpzov. *part. 3. constit. 13. defin. 26. n. 4.* in contractibus, secus vero in ultimis voluntatibus & legatis, ubi parum differre modum à conditione, cum modus sit causa finalis dispositionis, ait post Crav. *conf. 59. n. 4.* Anton. Faber in c. libr. 6. tit. 22. *defin. 2. n. 3.* in idem modum, in legato pro conditione observari, textus est in l. 1. & 2. C. de his quæ sub mod. vid. Wessing. in parat. de condit. & demonstr. n. 9. In dubio tamen potius modus quam conditio presumitur, l. Marcia 44. ff. de manumiss. testam. Aretin. *conf. 149. in fin. Alex. conf. 102. vol. 1. n. 2. vers. confirmo.* Ruin. *conf. 60. n. 5. vol. 2.* Cravett. *conf. 59. n. 1. vol. 1.* Mandel. *conf. 4. n. 34.* Malfard. de probat. vol. 1. *conclus. 343. n. 1.* quapropter qui modum non implet, privatur relicto sibi commodo, Menoch. *conf. 78. n. 6. & 17.* Surdus de aliment. tit. 9. *quæst. 6. n. 56. & quæst. 23. n. 7.* Cum in modo non acquiratur actio, nisi præstita cautio sit de illo implendo, Steph. Grat. *discept. forens. c. 400. n. 15.*

CAP. LII. De Molendino.

Axioma I.

Omnia Molendina sunt immobilia non modo ædibus juncta, l. 21. de instruct. & instrum. legat. Carpz. *P. 3. Constit. 24. def. 8. n. 1. 2.* Berl. *P. 3. Conclus. 30. n. 10. 11.* Sed & pneumatica, Hering. *tract. de molend. cap. 8. n. 49.* Finkelthaus. *obs. 26. n. 18.* quamvis dissentiat Carpzov. *P. 3. Constit. 31. def. 4. & navalia Struv. in Synagm. Jur. Feud. cap. 6. aph. 11. n. 6.* Dissent. Richter de success. ab intest. *sect. 4. membr. 2. n. 23.* Reinking de retract. *consang. q. 3. n. 117.* Carpz. *P. 3. Constit. 24. def. 8. n. 3.* ibique allegati.

II.

Molendinum in flumine publico navigabili edificari non potest sine licentia Principis vel superioris, Alex. *conf. 193. vol. 2.* neque molendinum novum facere licet in præjudicium prioris, si avertatur aqua, si consuetudo obstat, vel ius tale sit præscriptum, Schneid. in §. 2. *Inst. de*

interd. n. 56. P. Friderus de Process. *Cam. L. 2. c. 38.* Eichard. 2. *conf. 132.*

CAP. LIII. Molestia.

Axioma I.

Molestiam inferre alii per se illicitum est, l. 4. C. finium regund. ubi Bald. & injuriosum, l. injuriarum. §. fin. ubi Bart. & Alber. ff. de injur. ideoque iusta causa non præsumitur, nisi probetur, l. 1. in fin. C. unde vi. l. si non conviciu. C. de injur. gloss. fin. in c. cum causam. de re jud. Unde si quis non debitum exigeret, l. 3. C. de O. & A. vel non debitorem q. debitorem appellaret, hoc injuriosum foret, l. injuriarum 13. §. si quis per injuriam 3. ubi gl. si vero §. in fin. qui sarris dare cogantur. l. si fidejuss. 29. §. in omnib. §. ff. mand. l. 3. in fin. ff. de crim. stellion. l. item apud 15. §. ait prator. ff. de injur. Schurff. *consil. 15. numero 17. cent. 3.*

II.

Prohibitus molestiam inferre, non prohibetur molestare de jure, Felinus in cap. causam quæst. 18. n. 14. de rescript. Gail. 1. obs. 22. n. 7. gloss. in cap. 1. de stat. Monachor. in verb. inferatur. Carpzovius *part. 2. constit. 36. defin. 8. n. 6.*

CAP. LIV. Momentaneum.

Momentanea in consideratione non habentur. Menoch. *cap. 13. recuper. poss. num. 87.* Exempl. vid. in l. ult. §. ult. C. de bon. qua liber. ubi momentanea acquisitio non est considerabilis. Unde & à viro non dicitur divertisse, quæ per momentum ab eo abfuit, l. plerique 33. de ritu nupt. l. divorcium non est, 3. ff. de divorti. sic solvens ut statim repetat non dicitur solvisse, l. qui sic. §. ff. de solut. sic prohibitus alienare extra familiam non dicitur prohibitioni contravenisse, quando per momentum tantum res fuit extra familiam, Angel in l. voluntas. C. de fideicom. quem sequitur Crot. in l. si is qui pro emptore. num. 7. de usufruct. Opiz. Papienf. in l. filiusfamilias. §. Divi. num. 10. de leg. 1. Simile addit Crot. ex Angel. & Rom. in l. sequitur. §. item Labeo de usufruct. ubi respondet emphyteutam alienantem emphyteusin Domino irrequisito non amittere, etiam si tantum per momentum alienatio durasset, add. & Roland. à Valle in tract. de lucro dot. quæst. 59. Tiraquell. in l. si unquam. in verb. susceperis. num. 171. & 172. C. de revoc. donat. & in tract. quod cessante caus. cess. effect. limit. 23. ubi alia similia profert. Imprimis autem in pœnalibus & odiosis actus momentanei non sunt in consideratione, nec illi ullatenus puniuntur, aut puniri possunt, Francisc. Vavus cum adductis lib. 3. *decis. 505. num. 2.* vid. & Rip. in l. cum filiosam. num. 43. de legat. 1. qui relata declarat, eaque in considerationem venire dicit, si prodesse commodumque afferre queant, de quibus Petras. *sing. 26. tu habes,* quemadmodum etiam consideratur, cum de extinctione actus alicujus agatur, l. cum heredes 23. §. 1. de acquir. possess. ubi

ubi captus ab hostibus, si tantum per momentum temporis in captivitate durasset, statim amisisset possessionem perhibetur, add. & l. uxoris ab ortu 2. C. de post. hered. inst. Unde Crotus hac ratione motus in l. si quis pro Emptore. num. 7. ff. de Usucap. addit, quod in recuperanda possessione ob momentaneam captivitatem postliminii fictio nihil operetur, add. & l. qui possessionem 17. ff. de vi armat. Menoch. 1. recuperand. poss. num. 85.

CAP. LV. Monachus, Monasterium.

Axioma I.

Monachi nihil proprii habent; sed omnia monasterio acquirunt. *Auth. ingressi. C. de SS. Eccles. Carpoz. part. 3. constit. 28. de sin. 3. n. 1. cap. cum ad monasterium de stat. Monach. Gail. 2. observ. 4. num. 12.* Nihil enim absque consensu Abbatis aliquid habere, dare vel accipere possunt, cap. non dicatis 12. quest. 1. neque etiam peculium habere. cap. Monachi 2. extr. de stat. Monach. adeo ut Monachi proprium habentes, in sterquilinio sepeliri debeant, cap. cum ad Monasterium 6. extr. de stat. monachor. & can. reg. Unde etiam eos servis equiparari legimus, ut qui in monasterio sub Abbate veluti Domino, cap. qui verè 16. quest. 1. Dd. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 1. Cod. qui admitti. & l. 1. §. per servum qui in fuga. ff. de acquir. poss. & per Modern. in l. servus. Cod. de pact. Jafon. in l. cum proponas. col. 9. & 10. C. de hered. inst. Marc. Anton. Bayer. in repet. l. cum filio. num. 79. de legat. 1. Modern. in cap. in presentis de probat. Felinus in cap. Parochianus. de sentent. excommun. cum multis similib. quæ congerit Jaf. & Alex. in l. cum fundus §. servum tuum. ff. si certum petat. & latius idem Jaf. in l. cum proponas. Alex. in l. 1. §. item acquirimus. & §. per servum. ff. de acquir. poss. & in d. l. 1. col. 9. ff. de vulg. substitut. Lud. Gomez. ad §. actiones Inst. de act. n. 22. vel saltem filiis familias, ut patre constituti, Novell. 5. cap. 5. Novell. 78. cap. 1. ita declarat, ut facile sit inde colligere, non hanc esse illius sententiam, quod ingrediens monasterium cogatur sua bona in illud inferre, sed quod vigore istius questionis præsumendum, omninoque statuendum sit, hac tacita & ad d. Novellam conformata voluntate fuisse, ut se suæque omnia (excepta liberorum legitimâ & parte conjugi ex pactis dotibus debita) monasterio dedicaret; cesset verò ea præsumptio, si aliunde voluntas ingrediens contraria apparet, D. Locam. ad disp. Treutl. 10. ibi. 2. lit. d. vol. 2. Unde licet in comparatione pro servis habeantur, revera tamen servi non sunt, sed potius sunt in obedientia Abbatis, sicut filii in potestate patris, Bald. in l. sed si in 2. lectur. num. 1. vers. idem queritur. ff. de recept. arbit. Hinc quia in potestate Abbatis, Alex. in l. sub conditione. ff. de liber. & postib. Ludov. Gomez. ad §. penales. Inst. de act. num. 8. indeque ipsius Monasterii filii spirituales vocantur à Felin. in cap. cum Nunciis. col. penult.

de testib. per cap. cui portio 6. 12. quest. 1. cap. presentia 8. de probat. qui sub Abbatis potestate degant, Alex. in l. sub conditione. ff. de liber. & postib. Lud. Gomez. ad §. penales. Inst. de act. num. 8. atque ita in obedientia Abbatis sicut filii in potestate patris. Baldus in l. sed si in 2. lectur. num. 1. vers. item queritur. ff. de recept. arbit. non apte cum servis comparari poterunt. Notum enim ait Pacian. 1. conf. 162. n. 90. (1.) Monachum posse fieri Episcopum, quod de servo dici non potest. (2.) Monachum posse esse executorem cum licentia Abbatis. patefecit ex clem. 1. de testam. quæ executio tamen servo denegatur. Johan. Imol. in d. clem. 1. n. 23. col. penult. vers. quæro an servus de testamento. Anchor. in cap. fin. pr. de testam. 6. Sic etiam constat (3.) servum non posse fieri arbitrum etiam de consensu Domini, quia compromissum in eum non cadit, l. Pedius 7. §. in servum 1. ff. de recept. arbit. quod tamen de Monachis dici non poterit: de Licentia enim Abbatis in eos cadere compromissum, notant Dd. in cap. Quinta vallis de jurejur. vid. Anchor. c. fin. in pr. vers. non obstat. de testam. in 6. ubi hanc acquisitionem de servo ad Monachum non esse per omnia bonam, concludit.

II.

Monachus pro mortuo habetur. Bald. in Auth. ingressi. Cod. de SS. Eccles. & in l. si quis sub conditione. vers. quarto quæro. de testam. tutel. Joh. Andr. in addit. ad Specul. tit. de stat. Monach. vers. 53. lit. 2. secundi Alphab. Vincent. Honded. conf. 60. num. 2. vol. 2. Ubi in specie de Monacha differens testatur, quo momento professionem emisit, mundo eam haberi mortuam, cap. placuit 16. quest. 1. h. Deo nobis 56. C. de Episc. & Cler. Efficitur enim monasterium ingrediens instar deportati, Angel. Matth. de legat. & fideicom. lib. 4. cap. 8. n. 4. in fin. & exul patriæ atque mundo. Camillus Borell. conf. 67. n. 2. quemadmodum igitur deportati vel exulis nulla est hereditas, l. 3. §. fin. ff. de V. S. ita nec monachus heres esse potest. Angel. Matth. in d. cap. 8. n. 4. per l. si necem 4. §. de portatis 2. ff. de bon. liber. cum mors civilis equiparetur naturali, Johan. Vincent. Honded. conf. 61. n. 21. vol. 1. maxime in monacho & monacha, ut ibid. & num. 11. & 12. affirmat Honded. vid. tamen Clem. exivi. §. cupientes de V. S. Johan. Goedd. 1. conf. 25. n. 68. ubi hoc disputat & limitat, dum ait, Monachos quidem mundo mori, scil. quoad opera ejusque vanitatem, non tamen quoad jura sua & hereditates, d. l. Deo nobis. Cod. de SS. Eccles. add. & Bursat. conf. 63. num. 25. Alvis de Alber. sing. 216. Boer. conf. 348. num. 1.

III.

Monachi nec velle nec nolle habent, sed ex imperio superioris sui dependent, cap. si religiosus 27. de Elect. in 6. Fach. 6. obs. 17.

IV.

Monachum non facit habitus sine professione, cap. ut Clerici 3. extr. de Regular. c. consilium 4. extr. qui Clerici vel voventes. arg. cap. tuam 11. cap. ut privilegia 24. extr. de privileg. sed sola professio sine habitu, cap. porrectum 13. extr. de Regular. V. Mo